



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 55. Imperator tam de Eugenio, quam Basileensibus conquestus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

**Sæcul. XV** farem literas dabant, atque eidem per-  
**A. C. 1443.** suadere conabantur, ut Concilium Ro-  
 mæ in Palatio Lateranensi convocari per-  
 mitteret, illucque suos Prælatos ire ju-  
 beret. Detrectabat Fridericus hac super-  
 re suam edicere sententiam, priusquam  
 Norimbergensis Conventus ad Sancti  
 Martini solemnia indictus celebraretur;  
 unde literas ad Reges, & Principes per-  
 scripsit, quibus eos, ut suos Norimber-  
 gam Legatos mitterent, hortatus est.  
 Ad id vehementer illum stimulabant pre-  
 ces Francorum Regis, qui declarabat,  
 omnium tutissimam, magisque expeditam  
 schismatis extinguendi viam esse, si Prin-  
 cipes, eorumque Oratores in quodam  
 loco communi convenirent, ibique de  
 mediis ad reddendam Ecclesiæ pacem  
 opportunis ex plurimorum suffragio de-  
 cernerent.

§. LV.

*Imperator tam de Eugenio, quam  
 Basileensibus conquestus.*

**Æn. Sylv.**  
**Epiſt. 54.**  
**55.**

**N**arrat Æneas Sylvius, qui tum Fri-  
 derico a secretis erat, Cæfarem da-  
 tis literis Franciæ Cancellario significa-  
 se, Carolum Regem sibi tale præbuisse  
 consilium, cui se morem gerere decre-  
 visset; satis enim aperte se cognoscere,  
 neque ab Eugenio, neque a Basileensi-  
 bus novam Synodus congregandi pro-  
 positum

positum ratum haberi; unde sibi nec Sæcul. **XV.**  
probari Pontificis Concilium Florentiam A. C. 1443.  
transferendi voluntatem, nec Basileen-  
sium decretum, quo sessione die undevi-  
cesimo Maji habita juxta Constantiensis,  
ipsiusque Basileensis Synodi præscriptum  
aliud Generale Concilium tertio post an-  
no celebrari statuissent, & quidem in ci-  
vitate Lugdunensi, quam Felix hanc in  
rem delegisset, huncque temporis termi-  
num contrahendi Facultatem a Basile-  
ensis impetrasset. Haud tamen pro-  
pterea dissolutum censeretur Basileense  
Concilium, cum ipsis cordi foret, illud  
continuari, ac prosequi, dummodo Basileensis  
civitas securitatem hactenus pro-  
missam imposterum illæsam servaret: si  
vero aliquod impedimentum intercede-  
ret, tunc pro ejusdem Basileensis Synodi  
prosecutione, Lausana urbs nominare-  
tur, ad quam Patres sese transferrent.

### §. LVI.

#### *Sessione XLV. Basileensis Synodi.*

Celebrarunt quidem Basileenses Mense Labbe Conc.  
Majo hujus anni sessionem numero tom. 12.  
quadragesimam quintam. Ast urge- p. 697.  
bant in Germania belli tumultus, rece- Aug. Patric.  
debant Præfules Alphonso subditi, nec l.c art. 138.  
non ipsem Imperator assidue aliam Sy- ex tom. 13.  
nodum celebrari postulabat; quibus ac- Conc. p. 1607  
cessit,